Teritur difficillime ſile. In medēdo leuiter mordet:aſtringitq; & explet ulcera. Vritur in fictilib⁹ ut ꝑ
ſit:pretia rerum quæ uſq̄ diſpoſuimus:nō ignoramus alia in aliis locis eſſe:& oībus pene annis mu-
tari prout nauigationes conſtiterint:aut ut quiſq; mercatus ſit:aut aliquis præualens manceps anno
nam flagellet:non obliti Demetrium tota hellade Neronis principatu accuſatū apud conſulem. po
ni tamen neceſſarium fuit:quæ plerunq; erant romæ:ut exprimeretur auctoritatis rerum.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXIIII. PROOEMIVM.

¶ Aeris metalla: Cap. i.

PRoxima dicantur aeris metalla:cui & in uſu proximum eſt pretium. immo uero
ante argentum:ac pene etiam ante aurum corinthio. Stipis quoq; auctoritas: ut
diximus. Hinc æra militum tribuni ærarii & ærariū:& obærati ab ære dicti. Do-
cuimus quādiu populus Ro. ære ſignato tantū uſus eſſet:& alia quæ uetuſtas tra
didit:cum æqualem urbi auctoritatē eius declararet a regi numa collegio tertio
fabrum ærarioꝝ inſtituto. Vena quo dictum eſt modo effodit:igniq; perficitur.
Fit & elapide eroſo:quē uocant Cadmiam Celebritas in aſia:& quondā in căpa-
nia:nunc in ꝑgomatiū agro:extrema pte italiæ. Feruntq; nuper in germania ēt prouincia repertū.

Genus æris:quæ corinthia:quæ deliaca:quæ æginetica. Cap. ii.

Eſt & ex alio lapide:quem calcitē uocant in cypro:ubī prima fuit æris inuentio. Mox uilitas
præcipua reperto in aliis terris præſtantiore:maxime aurichalco:quod præcipuā bonitatē
ammiratione diu obtinuit. Nec reperitur longo iam tempore effœta tellure. proximū bōi
Centronū Stra. tate fuit ſaluſtianum in centronum alpino tractu non longi & ipſum æui. Succeſſit & liuianū in gal
lia. Vtrunq; a metalloꝝ dominis appellatū:illud ab amico diui Auguſti:hoc a coniuge:uelocis defe
ctus Liuianum quoq; certe admodū exiguū inuenitur. Summa gloria nunc in marianū conuerſa:qd'
& cordubenſe dicitur. Hoc liuiano cadmiā maxime ſorbet:& aurichalci bonitatē imitatur in ſeſter-
tiis dupondiariiſq; cyprio ſuo aſſibus contentis. Et hactenus nobilitas in ære naturalis ſe habet. Reli
qua genera artificio cōſtant:quæ ſuis locis reddentur:ſūma claritate ante omnia indicata. Quondā
æs confuſe auro argentoq; miſcebatur:& tamen ars præcioſior erat. Nūc incertū eſt peior hæc ſit an
materia. Mirumq; cum ad infinitū operum pretia hæc creuerint:auctoritas artis extincta ē. Quæſtus
enim cauſa:ut omnia:exerceri cœpta eſt:quæ gloriæ ſolebat. Ideo etiā deoꝝ adſcripta operi cū ꝓce-
res gentiū claritatem & hac uia quærerent:adeoq; exoleuit fundēdi æris præcioſi ratio:ut iam diu ne
fortūa quidem in ære ius artis habeat. Ex illa aūt antiqua gloria corinthiū maxime laudatur:hoc ca-
ſus miſcuit. Corintho cū caperetur incenſa:mireq; circa id multoꝝ affectatio fuit. Quippe cum tra-
datur non aliena de cauſa Verrem quem Cicero damnauerat ꝓſcriptū eſſe ab Antonio:quāq; corin-
thiis ſe ei ceſſurum negauiſſet. At mihi maior pars eoꝝ ſimulare eam ſcientiā uidetur:ad ſegregan-
dos ſe a cæteris magis quā itelligere aliqd ſubtilius:& hoc paucis docebo. Corinthus capta ē olym
piadis centeſimæ quinquaceſimæ ſextæ anno tertio:noſtræ urbis ſexcenteſimooctauo: cū ante in ſæ
culo fictore:nobiles eſſe deſiſſent:quoꝝ iſti oīa ſina hoſtie cōrinthia appellant. Quapropter ad coar-
guendos eos ponemus artificum ætates:nā urbis noſtræ annos ex ſupradicta cōparatione olympia-
dum colligere facile erit. Sunt ergo uaſa tantū corinthia quæ iſti elegantiores nūc æs ſculpēdo trāſ
ferunt modo in lucernas:modo in trullas:nullo mūditiaꝝ reſpectu. Eius tria genera. Candidū argē-
to nitore quā ꝓxime accedens:in quo illa mixtura præualuit. Alterū in quo auri fulua natura. Tertiū
in quo æqualis omniū temporis fuit:præter hæc eſt:cuius ratio nō. pōt reddi:quāquā hominis mau
facta dederit fortuna temperamentū ſimulacro ſigniſq;:illud ſuo colore pretioſum ad iocineris ima
ginem uergens:quod ideo apartizon appellant:ꝓcul a corinthio. Longe tamen ante æginericū' atq;
delicatum:quæ diu obtinere principatū. Antiquiſſima eris gloria delicata fuit mercatus in delo co
celebrāte toto orbe:& ideo cura officinis tricliniorꝝ pedibus fulcriſq;. Ibi prima nobilitas eris. peruē
nit deinde ad deū ſimulacra:effigiemq; hominū:& aliorū animalium. proxima laus eginetico fuit.
Inſula ipſa eſt nec gignens:ſed officinaꝝ temperatura nobilitata. Bos æreus:inde captus in foro boa
rio eſt Romæ. Hic eſt exēplar æginetici eris. Deliaci autem iubiter in capitolio in iouis tonantis ede.
Illoque ære Myron uſus eſt. Hoc polycletus æqualis atq; condiſcipulus. Aemulatio autem & in ma-
teria fuit.

De candelabris:& templorum ornamentis. Cap. iii.

PRiuatimq; egina candelabroꝝ ſuperficiem dūtaxat elaborauit:ſicut tarentum ſcapos:in iis